

terram accuratissima; nondum tamen cuiquam
explicabile, quanto spatium reliqua caeli pars su-
pra stellas se extendat.

II. Figura: quae circularis, sphaerica seu
rotunda. 1. Quia haec figura est capacissima &
perfectissima, alias omnes figuras isoperimetricas
in se continens. Caelum ergo quia reliqua cor-
pora sub se continet, tali figura indiguit. 2. Vi-
emus omnes ferè partes universi ad rotunditatem
accedere; terram cum aqua globum unum
constituere, astra ipsa esse sphaerica, &c. 3. Con-
vexum caelum nobis apparet: verisimile ergo
perius esse convexum. 4. Astra in caelo circu-
liter moventur. 5. Hanc figuram confirmat
scriptura Ecclesiastici 24 & 34. Prov 8. & alibi.
Nec obstat quadratam vel cubicam figuram
habere ad constantiam & firmitatem in his sub-
stantiis: unde vir bonus Aristoteli tetragonus
dicitur. De artificialibus enim hoc verum magis
quam naturalibus. Minus obstat invisibilitas,
in mundum certam aliquam figuram habeat;
aliquid enim quantum est, figuratum est,
tam si numquam videatur.

Falsi ergo veteres illi, qui caelo tribuerunt
figuram ovi, testudinis &c. aut qui quamvis
figuram ei adaptari posse existimaverunt.